

80 : 1 IN FĪNEM PRŌ TORCULĀRIBUS PSALMUS IPSĪ ASĀF:

Unto the end, for the winepresses, a psalm for Asaph himself:

80 : 2 Exsultāte Deō adjūtōrī nostrō; iūbilāte Deō Iācōb.

Rejoice to God our helper; sing aloud to the God of Jacob.

80 : 3 Sūmite psalmum, et date timpanum; psaltērium jūcundum cum citharā.

Take a psalm, and bring hither the timbrel; the pleasant psaltery with the harp.

80 : 4 Būcināte in neomēniā tubā, in īnsignī diē sōlemnītātis vestrae,

Give sound with the trumpet on the new moon, on the noted day of your solemnity,

80 : 5 quia praeceptum in Isrāhēl est, et jūdicium Deō Iācōb.

for it is a commandment in Israel, and a judgment to the God of Jacob.

80 : 6 Testimōnium in Iōsēf posuit illud, cum exīret dē terrā Aegiptī; linguam quam nōn nōverat, audīvit.

He ordained it for a testimony in Joseph, when he came out of the land of Egypt; a tongue which he knew not, he heard.

80 : 7 Dīvertit ab oneribus dorsum ejus; manūs ejus in cofinō serviērunt.

He removed his back from the burdens; his hands had served in baskets.

80 : 8 In trībulātiōne invocāstī mē, et līberāvī tē; exaudīvī tē in absconditō tempestātis; probāvī tē apud aquam contrādictiōnis.

Thou calledst upon me in affliction, and I delivered thee; I heard thee in the secret place of tempest; I proved thee at the waters of contradiction.

80 : 9 Audī, populus meus, et contestābor tē; Isrāhēl sī audierīs mē.

Hear, O my people, and I will testify to thee; O Israel, if thou wilt hearken to me.

80 : 10 Nōn erit in tē deus recēns, neque adōrābis deum aliēnum.

There shall be no new god in thee, nor shalt thou adore a strange god.

80 : 11 Ego enim sum Dominus Deus tuus, quī ēdūxī tē dē terrā Aegiptī; dīlātā os tuum, et implēbō illud.

For I am the Lord thy God, who brought thee out of the land of Egypt; open thy mouth wide, and I will fill it.

80 : 12 Et nōn audīvit populus meus vōcem meam, et Isrāhēl nōn intendit mihī.

But my people heard not my voice, and Israel hearkened not to me.

80 : 13 Et dīmīsī eōs secundum dēsīderia cordis eōrum; ībunt in adinventiōnibus suīs.

So I let them go according to the desires of their heart; they shall walk in their own inventions.

80 : 14 Sī populus meus audīset mē, Isrāhēl sī in viīs meīs ambulāset,

If my people had heard me, if Israel had walked in my ways,

80 : 15 prō nihilō forsitan inimīcōs eōrum humiliāssem, et super trībulantēs eōs mīsissem manum meam.

I should soon have humbled their enemies, and laid my hand on them that troubled them.

80 : 16 Inimīcī Dominī mentītī sunt eī, et erit tempus eōrum in saecula.

The enemies of the Lord have lied to him, and their time shall be for ever.

80 : 17

Et cibāvit eōs ex adipe frūmentī, et dē petrā, melle saturāvit eōs.

And he fed them with the fat of wheat, and filled them with honey out of the rock.